

7544. In Latin, on parchment : written in 1694 at Padua :  $9\frac{7}{8} \times 7\frac{1}{4}$  in., 7 leaves ; with illuminated frontispiece, coat of arms, borders, &c. : in contemporary binding of morocco tooled in gold ; with three seals, in morocco leather boxes similarly tooled, attached by silk cords.

Diploma of the University of Padua, conferring upon Abraham de Vicq of Amsterdam the degree of doctor of canon and civil law, 4 Aug., 1694 ; subscribed by Johannes Baptista Rainis, pro-president of the Venetian college. At fol. 7 is a full-page illumination of the arms of the recipient. Attached are three seals, namely those of St. Mark of Venice, of the university of jurists of Padua, and of the German nation in the faculty of law at Padua.

Bought as lot 507 at Puttick and Simpson's auction sale, July, 1913.

FROM  
THE LIBRARY  
OF  
SIR WILLIAM OSLER, BART.  
OXFORD


1  
Bt. Pallett & Simpson 331  
July 1913  
no.

1  
NV. 2-29.  
NA. 3

7,3.00  
507 Binding. University Diploma, written on 6 ll. of vellum  
within illuminated borders, contemporary Italian  
morocco super extra, with 3 seals attached (1694)

Cover of one of the seals (St. Mark of Venice)  
missing in Oxford. W.W.T.

7544









IN CHRISTI  
NOMINE AMEN.

Anno Reparate Salutis MDCXXXIV  
 Ducat. P. Serenis. Principis Nri Dni D.  
**SYLVESTRIVALE RV**  
 Moderatorib. Patav. Acad. Ill. &c.  
 D. D. HIERONYMO BASADONA  
 Diui Marci Procur. D. HIERONYMO  
 ASCANEO IVSTINIANO, & Dño  
 SEBASTIANO FOSCARENO Eq;  
 Diui MARCI Procurat.  
 Senatorib. Amplissimis  
 NOS IO: BAPTISTA RAINIS VE  
 netus, I. V. D., & in hoc Patavi  
 no Archilyceo Iuris Casarei de sero  
 Primarius Interpres, ac Veneti  
 Collegij P. PRÆSES, &c.  
 Vniuersis, & singulis præ  
 sens hoc publicum Do  
 ctorat. Priuilegium Vi  
 suris, & auditoris



Salutem in **DOMINO**, qui est omnium ue-  
ra Salus. **ANTIQUA**, & **Nobilissima** Uni-  
uersitas **Patauina**, bonarum litterarum ma-  
ter, & disciplinarum, ac scientiarum **Parens**  
& **altrix**, que **Clarissimorum Professorum** splen-  
dore, uetustissima **Academia** auctoritate,  
& **sideris doctrina**, ac **Virtutum omnium**  
innumeris documentis, sub felici **Reginae**  
**Serenissime Reipublice Venete**, non modo  
per **Italiam**, sed etiam per **Europam** **Univer-**  
**sam**, & **ubique gentium** inter alias **Academi-**  
**as** obtinet **Principatum** eos duntaxat ad  
summum **Doctoratus gradum**, & **Magisterij**  
dignitatem euehere, & **extollere** consuevit,  
quos; **Virtutum excellentia**, **meritorum co-**  
**pia**, **diuturna studia**, **peruigiles labores**, **mo-**  
**rum probitas**, et tandem **examenis rigoro-**  
**certamen**, **Doctorali Laurea** dignos exhibue-  
rint. **Aequum enim**, & **rationi consentane-**  
**um maioribus nostris** **Visum** semper fuit, uni-  
cuique pro **meritis digna praemia** impertiri  
& ad **honorum fastigia**, per **laborum certa-**  
**mina**, & **Virtutum semitas** **aditum** **Pate-**  
**facere**; **Propterea** etiam **receptum** fuit, ut **qui**  
**Utrique Juri assiduam**, & **diligentem opera-**  
**nauarunt**, **maximis laudibus**, ac **summis ho-**  
**noribus** **debitis scilicet Virtutis praemijs**, **affi-**  
**cerentur**, ut **eorum exemplo**, tam **soecij**, quam  
**Posterij** ad **ineundum Virtutis difficillimum**  
**iter laudum**, & **honorum stimulis**, **accenderen-**




4

tur, & hinc tanquam ex Equo Troiano profecti  
apud eandem Sereniss: Rempublicam & ali-  
os Vniuersos mundi Principes, absidendo Vrbes  
ac nationes Iuris auctoritate regendo resq; pu-  
blicas gubernando, laborum suorum fructus no-  
penitendos reciperent. Significamus itaq;  
Vobis & harz literaz tenore, fidem facimz, et at  
testamur, qualiter, sub die infrascripta dataru  
presentium, Nos P. PRAESES antedictus au-  
toritate Ser.<sup>iss</sup> Reip. Venetaz, iuxta antiquam  
& approbatam consuetudinem ac Priuilegia Alme  
Vtatis Patau: Pro syndico Ill.<sup>mo</sup> & Generosi-  
ss.<sup>o</sup> DD. IOANNE ARNOLDO SCHREIBER  
Nob. Monasterio WESTPHALO Studiosiss. D.  
ABRAHAM DE VICQ. Amstelodamens.  
Batauum Nobiliss. Domini GVLIEL-  
MI DE VICQ FILIUM ad Nos adductu  
cum uberrimis testimonijs ingenuitatis & pro-  
bitatis suae, nec non diuturni in studio utriusq;  
Iuris curriculum, & ab infrascripto Praeclariss. &  
Excell.<sup>o</sup> D. Promotore suo de meliori nota no-  
bis commendatum, & oblatum ad subeundu  
examen More Nobilium Punctisque ei in Vt.  
Iure hesternio die fut. moris estz assignatis ho-  
die coram Nobis eorundem punctoz recita-  
tionem atq; interpretationem ita eleganter  
subtiliter, et accurate peregit, in omni deniq;  
sui munere, adeo egregie, prudenter, docte, ho-  
norifice, laudabiliter, & Doctoreo More Nobi-  
lium se gessit, talemq; ac tantam ingenij memo-

ria, doctrine facundie ceterarumque rerum,  
& virtutum, quae in consummatissimo Jure  
consulto requiri solent, vim ostendit, ut ma-  
gnam sui expectationem, quam apud Nos  
excitauerat non solum sustinuerit, sed etiam  
longissime superauerit; Quamobrem a  
Præclarissimis & Excellentissimis Doctoribus  
& Professoribus qui examini interfuerunt.  
**VNANIMITER, & CONCORDITER**  
Cunctisque Suffragiis, Ac Eorum Ne-  
mine **PENITVS, ATQ; PENITVS**, Dis-  
crepante, Aut Dissidente, Nec Hæ-  
sitante Quidem, idoneus, ac sufficien-  
tissimus in Vtroque Jure fuit iudicatus, et ap-  
probatus, sicut ex eorum omnium Votis in  
scrutinio secreto Nobis porrectis, euidenter et  
perspicue constitit. Nos itaque antiquam  
sequentes consuetudinem, ac Præiudiciorum  
sententiam Patavini Archigymnasij ha-  
bita ratione scientie, dicendi facultatis me-  
thodi interpretandi morum, ac Virtutum  
quorum omnium certissimum specimen  
explorat, & pertentatus dedit, de consilio  
& sententia omnium Excellentissimorum Juris  
Vtriusq; Doctorum, & Professorum præsentium, pro  
tribunali sedentium eundem, Studiosissimum  
Dominum **ABRAHAM DE VICQ** Amstelæ:  
Virum doctissimum, atq; ita uniuersis na-  
ture, & artis dotibus ornatum, ut nihil apli

us, in **DEI** Nomine approbavimus, & approba-  
 tum esse optime habilem, idoneum, ac dignum  
 munere, dignitate, officio, & honore **Doctoratus**  
 in **Utroq;** **Jure** ipsumq; continuo **Utriusque Ju-**  
 ris **Doctorem More Nobilium** auctori-  
 te **Nobis a Sereniss. Repub.** imparita fecim;  
 solemniter, & publice creavimus, & per prae-  
 sentes facimus, & creamus, tribuentes ei, tanquam  
 vere idoneo, ac optime digno, potestatem, et au-  
 ditoriam glossandi, legendi, **Cathedram** ascende-  
 di & omnes **Doctoreos** actus exercendi & **Insign.**  
**Doctora** a **Præclarissimo, & Excellentiss. Prom-**  
 tore suo petendi & recipiendi, ac prædicto **Promo-**  
 tori illa sibi impertiendi; **Præterea** eidem plenam  
 in **Domino** concedim; facultatem, & potestatem  
 ut de cætero possit hic, & ubiq; in toto **Orbe Ter-**  
 rarum, priuatim, atque publice, in **Canonica,** &  
**Ciuitati** sapientia legere, reperere, consulere, docere,  
 disputare, glossare, questiones terminare, Scho-  
 las regere, omnibusq; & singulis uti, et gaudere  
 priuilegijs, prærogatiuis, exemptionib; immuni-  
 tatib; libertatib; concessionibus, honoribus fau-  
 ribus, gratijs, ac indultis alijs quibuscumq; quo-  
 cumq; nomine censeantur; **Quibus Romanæ**  
**Curia Parisiensis, Salamaticensis, Oxoniensis, Sa-**  
**piensis, ac Bononiensis Studiorum Doctores atq;**  
**Magistri,** ex quibuscumq; **Apostolicis, et Impe-**  
**rialib;** seu alijs **Ecclesiasticis** uel **temporalibus**  
 concessionib; atq; indultis gaudent, et utuntur,



uel uti & gaudere possunt, ac poterunt quo  
modolibet in futurum, iuxta memoratam co-  
suetudinem, ac **Præilegia Patauine Acade.**  
**Quibus itaq; gestis, ac declaratis, Præclarissi-**  
**mus, & Excellentissimus Dominus Stephe-**  
**nus a Niuibus Cardera Lusitanus Iu-**  
**ris VI. D.** in præfato **Lyceo ad Lecturam**  
**delectarum & Codicis Publicus Professor** Promo-  
tor eiusdem coram Nobis, & presente Ill.<sup>m</sup> &  
Generosissimo **D. P. Syndico** supradicto, nec nõ  
**Præclariss. & Excellentiss. Juris Vtriusq; Docto-**  
**rib, & Professorib; Videlicet, D. Antonio Vana**  
**Veneto Abb. ad Lect. Juris Canon. de Mane in**  
**p. loco, Eq; D. Ioanne Baptista Genagnoto**  
**Patauino ad Lect. Jur. Casarei de mane in 2.**  
**loco, D. Nicolao Comneno Papadopoli Abb.**  
**S. Lenobij Cretens. ad Lect. Jur. Canon. de**  
**Mane in 2. loco, D. Vincentio Francisco La**  
**non: Patau. ad Lect. Jur. Canon. de sero in**  
**2. loco, D. Io. Baptista Ceffis Bergomens. ad**  
**Lect. Institutionum in p. loco, D. Tolido Belli**  
**ni Constantini Patau. ad Lect. Authenticor,**  
**D. Com. Io. Baptista Dottorio Patauino**  
**ad Lecturam de Regulis Juris Deputatis.**  
Qui eum, ut supra, approbarunt suis suffragiis  
memoratum **Doctissimum Virum**, per suam lu-  
culentissimam orationem petentem, et accepta-  
tem consuetis **Insignibus, ac ornamentis Docto-**  
**ralibus, ibidem insigniuit solemniter, et publi-**  
ce.

6

ce' decorauit; Tribuitque eidem **Juris Vtrius**  
que libros **Primo** clausos, mox etiam aper-  
tos, annulumque aureum digito suo indicat;  
ac **Biretum** **Doctorale**, pro **Laurea** **Corona**  
capiti eius imposuit, pacisque osculum ipsi  
exhibuit, cum **Magistrali** **Benedictione**:  
**Sic** itaque summa cum laude, & hono-  
re, praefatus **Studiosissimus** & **Excellen-**  
**tissimus** **Dominus** **ABRAHAM DE VI-**  
**CG** **AMSTELODAMENSIS** **Batauius**.  
ad summum **Doctoratus** apicem **Juris Vtri-**  
usque **MORE NOBILIVM** & **DEO** **Fauentez**  
peruenit; In quorum omnium, & singu-  
lorum **suprascriptorum** fidem, ac testimoniū  
has nostras **patentes** **Privilegij** **litteras** manu  
nostra **subscriptas**, et **Sigillis** **S. MARCI VE-**  
**NETI**, & **Alma** **Uniuerſitatis** **Dominorum**  
**Juristarum**, **Chirographo** etiam **CANCEL-**  
**LARY** **dicte** **UNIVERSITATIS** **muniri**  
**iussimus**, ad perpetuam rei memoriam.  
**Actum** & **datum** **Patauij** in **Alma** **Pataui**  
**na** **Academia** in **loco** **solito** **examinum** **An-**  
**no** ut **supra** **Dominij** **Nostri** **MDCLXXX**  
**XIV** **Indictione** **II** **Die** **Verò** **Mercu-**  
**ry** **IV** **Mensis** **Augusti**. **Prasentibus** **Per**  
**Illustr.** **Dominis** **ANTONIO** & **DOMINI-**  
**CO** **PANEGHETTI** **Ambobus** **Fratrib;**  
**&** **Patauinis** & **Per** **Illust.** **Dño** **JOA-**  
**NE** **BAPTISTA** **FABRIS** **Patauino**, **nec**

non alijs quam plurimis diuersarum nationum Nobilibus Studiosis in magna & frequenti copia ad praemissa testibus omnibus Vocatis, & Rogatis. L. D. O. M.

Io: Bapta Rainis & Presbiter

Joannes Annotus, Schreiber

Hieronymus Braionus S. D. q. D. Tan, i filius publicus  
Venera auct. Viri ac Aug. Collegi Veneri Wbb et Ceterum  
S. D. suis utriusq. Professorum in alma academia publicis,  
ac ecclesiam antiquissimam Patavini Canechanus,  
prius hoc publicum honoratus more utilium in  
utroq. iure privilegium regni. S. Mariani de Vreg. Wbb  
Amstelred. S. Guicelmii filij. in vray: iure more utilium  
iuris suffragis favorabilibus nomine peritus dis-  
sentiente approbati. Subiungit die iunius age-  
rotationis q. mensis Augusti 1694, ad L. D. O. M.



